

Suétone, *Vie de Néron*.

Séance 1. Chapitre 6 (extraits). La naissance de Néron.

Texte

5 Nero natus est Anti¹ post VIII.² mensem quam Tiberius
excessit, XVIII. Kal. Jan.³ tantum quod exoriente sole, paene
ut radiis prius quam terra⁴ contingeretur. De genitura ejus
statim multa et formidolosa multis conjectantibus praesagio
10 fuit etiam Domitii patris vox, inter gratulationes amicorum
negantis « quicquam ex se et Agrippina nisi detestabile et
malo publico nasci potuisse ». Ejusdem futurae infelicitatis
signum evidens die lustrico⁵ exstitit; nam C. Caesar⁶, rogante
sorore ut infanti quod vellet nomen daret, intuens Claudium
15 patrum suum, a quo mox principe Nero adoptatus est, « ejus
se » dixit « dare », neque ipse serio sed per jocum et
aspernante Agrippina, quod tum Claudius inter ludibria aulae
erat. (...)

*Néron perd son père à trois ans. Sa mère est exilée par
Caligula. Il est élevé par sa tante Lepida. Sous le règne de
Claude, la situation s'améliore.*

15 Gratia quidem et potentia revocatae restitutaque matris
usque eo floruit, ut emanaret in vulgus missos a Messalina
uxore Claudii, qui eum meridianem, quasi Britannici
aemulum, strangularent. Additum fabulae eosdem dracone e
pulvino se proferente conterritos refugisse. Quae fabula
20 exorta est deprensus in lecto ejus circum cervicalia serpentis
exuviis; quas tamen aureae armillae ex voluntate matris
inclusas dextro brachio gestavit aliquamdiu ac taedio tandem
maternae memoriae abjecit rursusque extremis suis rebus
frustra requisivit.

¹ locatif, « à Antium », port du Latium.

² *nonum* : neuvième.

³ (*ante diem*) *duodevicesimum Kalendas Januarias*, le 18^{ème} jour avant les calendes de janvier (1^{er} janvier), soit le 15 décembre de l'an 37.

⁴ L'enfant romain était posé à terre à sa naissance. Le père le soulevait, indiquant par là qu'il le reconnaissait et se chargeait de l'élever. Mais *terra* peut aussi être un nominatif.

⁵ *dies lustricus* : jour lustral, ou jour de la purification, 9^{ème} jour après la naissance.

⁶ *Caius Caesar* : l'empereur Caligula.

Suétone, *Vie de Néron*.

Séance 1. Chapitre 6 (extraits). La naissance de Néron.

Texte aéré

Nero natus est Anti⁷ post VIII⁸ mensem quam Tiberius excessit, XVIII. Kal. Jan.⁹
tantum quod ex oriente sole, paene ut radiis prius quam terra¹⁰ contingeretur. De
genitura ejus statim multa et formidolosa multis conjectantibus praesagio fuit
etiam Domitii patris vox, inter gratulationes amicorum negantis « quicquam ex se
5 et Agrippina nisi detestabile et malo publico nasci potuisse ». Ejusdem futurae
infelicitatis signum evidens die lustrico¹¹ exstitit; nam C. Caesar¹², rogante sorore
ut infanti quod vellet nomen daret, intuens Claudium patruum suum, a quo mox
principe Nero adoptatus est, « ejus se » dixit « dare », neque ipse serio sed per
jocum et aspernante Agrippina, quod tum Claudius inter ludibria aulae erat. (...)
10 Gratia quidem et potentia revocatae restituaeque matris usque eo floruit, ut
emanaret in vulgus missos a Messalina uxore Claudii, qui eum meridianem, quasi
Britannici aemulum, strangularent. Additum fabulae eosdem dracone e pulvino se
proferente conterritos refugisse. Quae fabula exorta est deprensus in lecto ejus
circum cervicalia serpentis exuviis; quas tamen aureae armillae ex voluntate
15 matris inclusas dextro brachio gestavit aliquamdiu ac taedio tandem maternae
memoriae abjecit rursusque extremis suis rebus frustra requisivit.

⁷ locatif, « à Antium », port du Latium.

⁸ *nonum* : neuvième.

⁹ (*ante diem*) *duodevicesimum Kalendas Januarias*, le 18^{ème} jour avant les calendes de janvier (1^{er} janvier), soit le 15 décembre de l'an 37.

¹⁰ L'enfant romain était posé à terre à sa naissance. Le père le soulevait, indiquant par là qu'il le reconnaissait et se chargeait de l'élever. Mais *terra* peut aussi être un nominatif.

¹¹ *dies lustricus* : jour lustral, ou jour de la purification, 9^{ème} jour après la naissance.

¹² *Caius Caesar* : l'empereur Caligula.